



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Constans Defensio, Ex S. Scriptura, Et Vera Catholica
Doctrina, Atque Observatione Vniuersalis Christianæ
Ecclesiæ Deliberationis de Christiana Reformatione**

Bucer, Martin

Genevae, 1613

Refutatio duorum argumentorum, quibus Aduersarij conantur
dimidiationem Sacramenti defendere 73

urn:nbn:de:hbz:466:1-34315

Refutatio rationum, quibus Aduersarij ab usum dimidiati Sacramenti defendere, ac probare conantur, quòd Calicem in S. Cœna non distribuere, abusus non sit, sed pia communicatio & obedientia cum & erga Catholicam Ecclesiam. Quòdque abusus ac opus schismatis sit, calicem dispensare, antequàm Catholica Ecclesia id ordinet.
In quo consistit vnitas Ecclesie.

CAP. LXXIII.



Dvtrunque thesin confirmandam hoc argumento vtuntur, Ecclesie concessum est, in eiusmodi mandatis Domini, quæ externa signa vel opera cõcernunt, ordinare ac moderari, prout lingulis tẽporib. ad edificationẽ & propagationẽ Ecclesie conducere visum fuerit. Verũ S. Cœnã Domini sub vna tantũ specie dispẽsare, donec vniuersalis aliter de eo decernat, ad adificationem ac propagationẽ Ecclesie cõducit. Vnitatẽ enim Ecclesie cõseruat, & horrendũ schisma excitaretur, si Ecclesia aliqua calicẽ quoque distribuere tẽtaret, absque vniuersali Cõcilij ordinatione. Ergo quãdiu Ecclesie alterius tantũ speciei dispensationẽ retinet, bonũ & vtilẽ vsum, nõ ab usum obseruat. Imò grauis esset & horredus abusus, si vtramque speciem distribuere tẽtaret, antequàm ab vniuersali Cõcilio id sit permissum. Huius argumenti caput ac nodus in eo cõsistit, Quid vera vnitas Ecclesie sit, quid itẽ schisma, & quid ad vtrumque conferre queat. De vnitate Ecclesie, & quib. in reb. illa cõtineatur, supra in Defensione istius articuli dictũ est. Nepe quòd vera vnitas Christiane Ecclesie cõsistat in vera deuotãque cõmunicatione sincera ac salutaris doctrinæ Euãgelij, legitimi vsus sacramentorũ, ac Christiane disciplinæ. Iã Aduersarij ipsi faciunt, Christũ Dominũ, hũc sacramenti istius vsum, nepe vt & calix distribuatur, instituisse, Ecclesieq. suæ cõmendasse: & quod ea lõgo tẽpore hũc vsum obseruauerit, quẽadmodũ adhuc nostro tẽpore Oriẽtales Ecclesie obseruat.

Quod cum ita sit, dici nullo modo potest, quod veri istius sacramenti vsus neglectus, conducat ad vnitatem & concordiam Ecclesie conseruandam: contra verò si idem in Ecclesiis collapsus restituatur, horribile schisma, ac detestandam conuulsionem corporis Christi excitatum iri. Vnitas Ecclesie vnitas Spiritus sancti est, Ephes. 4. Illa verò non patitur, tantum abest vt postulet, cõmunicationem concordiamque in errore & abusu. Cuiusmodi manifestus abusus est, sacrosanctum hoc sacramentum diuellere ac dimidiare, solũque panem, non etiam calicem Domini dispensare communicantibus.

Quamobrem omnes Ecclesie, quib. Dominus ea in re voluntatẽ suã patefecit, ac dat, vt verum legitimũque huius sacramenti vsum apud se rursus admittant, dum hoc faciunt, reuera cum Christo Domino, cum Apostolis eius, denique cũ vniuersa Ecclesia Christi se vniunt, nõ autem ab vllõ vero membro Christi seiungunt aut scindunt. Et qui pro-